// Urkunde Nr. 540 bis 549

Objekttyp: **Chapter**

Zeitschrift: **Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz**

Band (Jahr): **68 (1913)**

PDF erstellt am: **24.07.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.
Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.
Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Ein Dienst der *ETH-Bibliothek*
ETH Zürich, Rämistrasse 101, 8092 Zürich, Schweiz, www.library.ethz.ch

http://www.e-periodica.ch

Nr. 540.

1360, 8. Oktober, Brugg.

Herzog Rudolf von Oesterreich präsentiert dem Bischof von Konstanz als Pfarrer von Neudorf an die Stelle des verstorbenen Johann von Baldegg, Rudolf von Trostberg.

Reverendo in Chriſto patri amico noſtro dilecto, domino Heinrico Epiſcopo Conſtantienſi Rudolffus dei gratia | Dux Auſtrie, Styrie et Karinthie etc. ſincere dilectionis et amicicie incrementum. Ad Eccleſiam | parochialem in Núdurf, veſtre dyoceſis, cuiuſ ad nos Juſpatronatus pertinet, vacantem ex morte | Johannis de Baldegg, ultimi jam pridem Rectoris illius, dilectum nobis Růdolffum ſcolarem, | natum fidelis noſtri dilecti Johannis de Troſperch[1]) paternitati veſtre harum ſerie preſentamus. Cu- | pientes ex animo, et rogantes, quatenus eum, vel alium loco ſui, et huius noſtre preſentationis | intuitu, curetis fauorabiliter iuxta veſtrum officium de prefata Eccleſia inveſtire. Mandando ſibi de | fructibus et prouentibus ipſius Eccleſie integraliter reſponderi. Datum in Brukka, VIII, die Octobris | Anno domini Milleſimo Trecenteſimo Sexageſimo. Indictione XIII.⁰

Das kleine Kanzleisiegel hängt.

Nr. 541.

Anno Domini 1360, 8. Decembris, Dominus Heinricus de Hünoberg, Conſtantiensis, Churiensis et huius ecclesie Canonicus, ordinavit, quod singulis diebus per circulum anni post conpletorium immediate cantetur una antiphona de beatâ virgine Maria cum collecta, et ut hoc ita fiat, predictus Dominus Heinricus Canonicus de granario dominorum V maltra ſpelte ordinavit diſtribuenda in hunc modum, quod in quinque feſti-

---

[1]) Die Stadtbibliothek in Luzern besitzt eine Handschrift des Thomas von Aquino aus dem XIV. Jahrhundert, erst Eigentum eines frater Petrus Theutonicus, dann des Johan von Trostberg, endlich 1463 eines Johanes Stig in Sattel.

vitatibus gloriose virginis Marie, scilicet conceptionis, nativitatis, annunciationis, purificationis et assumptionis, Canonicis, qui primis, vesperis, processioni et misse interfuerint et obtulerint, detur unum maltrum spelte in pane; ita tamen quod ante omnia cuilibet prebendariorum detur unus panis prebendalis. Altes Jahrzeitbuch. Zusatz im neuern.

Nr. 542.

1360, 7. Dezember.

Notandum quod anno domini $M^{0}CCC^{0}LX^{0}$ in octava ſancti Andree de unanimi conſenſu domini Jacobi de Rynach, prepoſiti, et tocius capituli eccleſie Beronenſis dominus Heinricus de Hunaberg, Conſtancienſis, Thuricenſis et huius eccleſie Canonicus ordinavit etc. (Vgl. Geschichtsfreund V, 153) cum collecta et in fine collecte addatur: et famulo tuo dyacono vitam ſalubrem concede, poſt mortem vero eius dicatur: anima eius in pace requieſcat, et ut iſta ſic fiant idem dominus Heinricus comparavit et emit de granario noſtro communi V maltera ſpelte in hunc modum diſtribuenda, ita quod in ſingulis feſtivitatibus glorioſe virginis Marie, videlicet . . . . . sine diminutione.

Nr. 543.

1361, 6. März.

Berone in domo habitationis de Ravensburg. Johannes Lütprecht de Lütkilch, clericus Conſtantienſis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius,

beglaubigt die Vergabungen der Margaritha von Engelwartingen ans Kloster Neuenkirch.

Zeugen: domini Johannes de Ravenspurg, Lutoldus de Irflikon, Canonici eccleſie Beronensis, et Hartmannus de Rotenburg, laicus.

Vormals Archiv Rathausen. Gedruckt im Geschichtsfreund V, 196—199. — Im Urbar N 20, fol. 20 und 2 ist

noch eine Genehmigung der Schenkung durch Herzog Rudolf von Oesterreich erwähnt.

Nr. 544.

1361. 1. Mai.

Aufforderung an Stelle des Peter Krieg den Johannes von Schina zu wählen.

Theodericus dictus Last canonicus Constantiensis una cum venerabili domino decano sancti Agricoli (!) Avinionensis et Nicolao dicto Såtteli | canonico Constantiensi discreto Johanni nobili quondam Hainrico de Schina ad collationem honorabilis prepositi ecclesie Beronensis | Constantiensis dyocesis cum illa ecclesia, quatenus uos vel duo vel unus vestrum ea nichilominus exequatur a sede apostolica specialiter deputatus executor | plebano ejusdem ecclesie Beronensis ceterisque, ad quos presentes pervenerint, salutem in domino et mandatis nostris ymo verius apostolicis firmiter | obedire. Sua nobis prefatus Johannes petitione invitavit, quod licet prefatus decanus collega noster auctoritate dicte executionis | sibi Johanni de canonicatu et prebenda post legitimam eius acceptationem ex morte quondam Johannis de Tegerfelt in ipsa ecclesia | Beronensi canonici prebendati tunc vacantibus servatis servandis et tamquam sibi de jure et nulli alteri debere providissent, dictique | prepositus et . . capitulum ecclesie Beronensis ipsum Johannem virtute ipsius provisionis et acceptationis, necon Petrum dictum Krieg de Thu | rego ad ipsos canonicatum et prebendam sic vacantes ipsum videlicet Johannem rite et legitime et dictum Petrum minus legitime in non mo | -dicum prejudicium prefati Johannis recepissent, non attendentes quod ecclesiastica beneficia sectionem minime patiantur nec unum corpus tamquam monstrum | duo capita habere debeat, ipsumque Petrum in ipsis canonicatu et prebenda eidem Johanni dumtaxat pertinentibus sustinere et manu | tenere presumant similiter sicut ipsum quamvis eidem Petro nullum ius competat in eisdem. Vobis igitur et vestrum cuilibet qui super eo fuerit | requisitus precipiendo mandando

sub pena excommunicationis, quoniam inter vos et quemlibet vestrum, qui requisitus fuerit, firmius trium dierum ammonitione premissa, si non fecerit, quod precipimus cum effectu visis presentibus, contra eosdem prepositum et capitulum moneatis et iudicatis, quos et nos auctoritate | apostolica requirimus et monemus sub penis suprascriptis ut ad huc infra hinc et feriam quartam post dominicam Exaudi proximam | mandatis dicti decani eis in hac parte factis obediant realiter cum effectu ipsumque Johannem et eius procuratorem suo nomine | ita quod nullum alium in ipsis canonicatu et prebenda manuteneant sibique Johanni et nulli alteri de fructibus, redditibus juribus | et proventibus universis et singulis respondeant et integre eidem et nulli alteri de eisdem satisfaciant amoto ab eisdem dicto Petro | et quolibet alio illicito detentore, vel saltim quod coram nobis ipse prepositus et . . capitulum per responsalem sufficientem dicta feria quar | ta compareant ad dicendum proponendum et respondendum, si et quare ipsis nostris mandatis obedire non debeant in hac parte citra nichilominus | per emptorem prefatum Petrum quem et nos per emptorem citamus ut dicta feria quarta cum ipsis preposito et capitulo compareat coram | nobis causam rationabilem, si et in quantum potest et sua interest, contra premissa legaliter ostensurus cum intimatione eisdem facienda | quod sive venerit sive non nos dicta feria quarta elapsa contra ipsos monitos et citatum secundum formam litterarum apostolicarum nobis | et dictis collegis nostris directarum super eo utique extunc procedemus. Datum et actum sub sigillo nostro proprio, quo utimur | ad causas. Anno domini M^{o}CCCLXI^{o} Kalendis Maij. Redde litteras sigillis nostris sigillatas sub pena prescripta.

Rückseite: Commissio per judices delegatos ut Dominus Johannes de Schina ad Canonicatum Ecclesie Beronensis recipiatur repulso Petro Krig, Thuricensi Const. 1361.

Obsoleta Nr. VI. B.

Nr. 545.

1361, 22. Juni, Aarau.

Rudolf Velschi, Armbrester zu Aarau, gibt seiner Mume Margreth im Hof, Frau des Wilhelm von Willisau, 6 Stück Geldes zu Oberkulm.

Siegler: Hans Stieber und Rudolf Velschi.

Nr. 546.

1361, 1. Oktober, Lenzburg.

Rödiger Schultheiß von Lenzburg, Rektor zu Sur, genehmigt die Stiftung der Kaplanei St. Nikolaus in der Pfarrkirche in Aarau durch Anna Belta, Frau des Nikolaus von Holdern von Aarau; ernennt Rudolf Gilsung zum Kaplan und setzt dessen Rechte und Pflichten fest.

Vgl. Regesten der Bischöfe von Konstanz II, N. 5684.

Nr. 547.

1361, 9. Dezember.

Ritter Heinrich von Rinach, der ältere, und sein Sohn Heinrich verkaufen an Claus Zehender von Aarau um 162 Florin einen Hof in Kagiswile und einen Acker und eine Matte zu Niderwile.

Siegler: Die beiden Heinrich von Rinach.

Nr. 548.

1362, 1. Februar.

Ritter Jakob von Kienberg verkauft an Claus Zehnder von Aarau um 81 Gulden, 2 Schuposen in Kulmerau.

Siegler: J. von Kienberg.

Nr. 549.

1362, 7. Mai.

Ritter Marquart von Rinach verkauft dem Claus Zehender von Aarau um 27 Florin $^1/_2$ Schuposse in Kagiswile.

Siegler: M. von Rinach.